



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De materia, & forma Confirmationis. Caput I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

curatore, propter rationem numero præcedente dictam. Non à principali, quia cognatio est annexa actioni levandi personaliter at nunc Principalis personaliter non levatur, ergo, &c.

*Pont. lib. 9. matr. c. 3. in. 10. alios citat. Coninck. d. 32. n. 40. Perez d. 29. de matr. sec. 7. in. 2.* Pontius a verò cum aliis multis Theologis respondet affirmativè, docetque Cognationem contrahi à principali. Ratio est, inquit, quia Ecclesia concedit hanc susceptionem fieri per Procuratorem, quod certè non inaniter, seu inutiliter concedit. Ergo cum effectu cognationis spiritualis inducenda, & cum obligatione instruendi, modo supradicto, Baptizatum. Et sanè quis dicat Ecclesiam præcipere; ut adhibeatur Patrinus in Baptismo, idque tam rigorosè, ut

ejus omisso, sicuti supra vidimus, ex probabiliore sententia sit mortalis. & tamen eandem Ecclesiam concedere, ut passim non adhibeatur? Idem enim esset, Patrinum non adhiberi, atque adhiberi per Procuratorem, si nemo cognationem, & obligationem instruendi contraheret.

Profecto Pontium hic sequor, non Sanchez.

## CAPUT V.

Pœnæ malè, vel bis Baptizantis, Remissivè.

DE his planè dicam in Libro de Irregularitate, Cap. 14. Favente Deo.

Finis Lib. II. De Baptismo.

# LIBER TERTIVS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

## CAPUT PRIMUM.

De Materia, & Forma Confirmationis.

**S**ACRAMENTUM Confirmationis, quod est *Vinctio Chrysmatis consecrati, facta ab Episcopo sub prescriptis verbis, Confirmans Fideles ad Christianam Fidem custodiendam*, habet suam materiam, & formam, de quibus dicemus, quæ sunt sciri necessaria, mox cætera ad hoc Sacramentum pertinentia breviter profecturi.

## §. I.

Materia remota.

**1.** Chrysmata confectum ex oleo simul, & Balsamo benedictum ab Episcopo Consecrato, est materia remota Confirmationis.

*d. 3.*

**2.** Dicitur Primò, ex Oleo, nempe Oliva-

rum. Quare sub pœna nullitatis Sacramenti apponitur Oleum ex nucibus, ex piseibus, ex semine lini, ex amygdalis, &c. quia hæc non sunt simpliciter olea. Quid de oleo ex Oleastris, hoc est ex olivis silvestribus? Puto hoc sufficienter, ac legitimè adhiberi, quia simpliciter, & in omnium usu oleum est.

**3.** Dicitur Secundò, ex Balsamo, sive Palestino, sive Syriaco, sive Indico, æquè enim sunt Balsama, & ita declarasse Paulum IV. Gregorium XIII. & Sixtum V. testantur Bellarminus, & Sanchez. Sufficere autem parum Balsami, quamvis in multo oleo, ita tamen, ut olei partes suscipiant odorem Balsami, notant Castropalaus, & Hurtadus.

Dicitur Tertio, simul, quia cum Balsamo, sicuti puto, falsam esse, tum sententiam Castropalaus, aliorumque paucorum affirmantium, sufficere solum oleum, Balsamumque esse solum de necessitate præcepti, tum sententiam Castropalaus, dicentis, sufficere alterutrum, sive

*c. Bellar. de hoc Sacram. c. 8.*

*d. Suar. de Sacram. d. 7.*

*sect. 1. ve.*

*Ad 3.*

*de Conf. d.*

*un. p. 2. n.*

*Ad 4.*

*de Conf. diff. 4. ver.*

*Quod autem.*

*Castrop.*

*Caet. 3.*

*p. 9. 72.*

*av. 2.*

*h. Canus*

*apud Va-*

*len. 3. p.*

*disp. 5. q. 1.*

*p. 2. ver.*

*Prima*

*sententia*

*Castrop.*

*sive*

sive solum oleum Olivarum, sive Balsamum solum. Ratio nostra est: quia usus Ecclesie prescribens requiri utrumque, satis ostendit, utrumque requiri absolute, atque ad ad valorem.

5. Dicitur Quarto, *ab Episcopo Consecrato*. Si enim consecratus Episcopus nondum sit, sed solum electus, vel etiam a Summo Pontifice confirmatus, non potest valide exercere ea, quae pertinent ad Consecrationem: quare non potest confirmare.

6. Dicitur Quinto, *benedictum ab Episcopo Consecrato*, nam non solum Unctio exhibenda est ab Consecrato Episcopo, sed ipsum oleum, Balsamumque, (quod unico vocabulo appellamus *Chrisma*) debet esse ab simili Episcopo Consecrato benedictum, secus incepta esset Confirmationis materia, ut est communis doctrina Theologorum cum S. Thoma. Ratio autem hujus doctrinae efficacior nulla est, (nam aliae a Theologis solum congruentiam probant) nisi usus antiquissimus, & continuatus Ecclesiae.

7. Quare Caet. b & Val. e dum sentiunt, sufficere benedictionem Sacerdotalem, contra communem, seu certe contra probabiliorem opinionem sentiunt. Lege Quintanad. d qui invalide confirmatos esse putavit quosdam, quos Episcopus, quia defecit Chrisma, confirmavit Oleo infirmorum. Multoque minus est audiendus Molfesius, dum docet, Confirmatum ex oleo non Consecrato, non esse iterum confirmandum.

8. Nisi forte Caetanus intelligat, benedictionem Sacerdotalem sufficere, quando alicui Sacerdoti hanc facultatem benedicendi, seu conficiendi Crisma Summus Pontifex concessisset; licet enim nunquam legatur id alicui concessisse Pontificem, quia tamen legitur (ut mox c. 2. §. 1. dicemus) simplici Sacerdoti Privilegium dedisse confirmandi Fideles cum Chrismate consecrato ab Episcopo; ideo non videtur aliquibus denegandum Pontifici, etiam hanc potestatem ipsi Chrisma benedicendi, posse simplici Sacerdoti concedere.

9. Verum, in hoc sunt etiam hi Doctores rejiciendi, ut recte notat g Suarez cum aliis, qui hanc potestatem simplici Sacerdoti concedi a Summo Pontifice posse, omnino negant. Si autem hujus rationem queras, illa est, quia id esset contra usum Ecclesiae anti-

quissimum, cujus contrarium non possit ulli ratione, vel testimonio comprobari. Eademque ratio probat Pontificem, non posse dispensare, ut Confirmatio conferatur in Oleo, Balsamoque ab Episcopo nondum benedicto, quicquid aliqui h in oppositum doceant apud Leandrum.

10. Inquires, qua benedictione uti debet in conficiendo Chrismate Episcopus?

Respondeo. Certum est, Episcopum sub mortali debere usurpare benedictionem ab Ecclesia praescriptam. Ad valorem tamen sufficere quamlibet Dei invocationem, Doctores advertunt, quia credi nequit, Christum Dominum formulam aliquam pro ejusmodi benedictione designasse.

11. Inquires iterum. Estne de necessitate Sacramenti, Chrisma esse novum, hoc est, hoc praesenti anno benedictum?

Respondeo. Ad valorem sufficit Chrisma verus, nisi sit corruptum. Illud autem, quod totam Balsami fragrantiam amisit, satis dubiam materiam esse existimarem. Ad licitum autem usum, debere sub poena peccati mortalis esse novum, monet i Suarez. Neque hic apponendam esse puto exceptionem illam (nisi urgeat necessitas) ut apponendam duximus supra in Baptismo; hoc enim Confirmationis Sacramentum non est necessarium, sicuti Baptismus. Quare in dies differri, donec de novo Chrismate provideatur; facile potest.

§. II.

Materia proxima.

1. **V**Nctio ex Chrismate, quae ab Episcopo per modum, seu figuram Crucis, ipso Episcopi dextero pollice fiat in fronte confirmandi, est materia proxima Confirmationis.

2. Diximus Primo. *Vnctio ex Chrismate*, id est ex Oleo, & Balsamo benedicto, modo jam explicato. Quanta autem debet esse ejusmodi Unctio? Respondeo. Quanta sufficit, ut cum illa formari possit Crux sensibiliter in fronte; debet enim verificari forma, quam dicemus eam esse. *Signo te Crucis, & Confirma te Chrismate salutis, &c.*

3. Diximus Secundo. *Ab Episcopo*, intellige de Jure, seu de potestate ordinaria, nam

h Palud. Esti. Campu. ap. Leandr. de Confir. d. § 9. 4.

Suar. d. 33. de Sacram. sec. 1. vers. Hic vero.

a S. Th. 3. p. 9. 72. art. 3.  
b Caet. l. c. ar. 3.  
c Val. l. c. ver. Ad hoc in primis.  
d Quintanad. d. de Crisma. Confir. sing. 3.  
e Molf. in Sum. Tr. 4. c. 2. §. 2. 2.  
f Id Caet. ib. a. 4. Sor. in 4. d. 7. §. un. ar. 3.  
g Palud. in 4. d. 7. §. 4. Victor. de Consecr. 4. Val. 3. p. d. § 9. 1. p. 2.  
h Suarez de Deo. de dico. Suar. de sac. d. 32. c. 2.

ex concessione Summi Pontificis dicemus mox. c. 2. §. 1. n. 4.

4. Diximus Tertio. Per figuram Crucis, nam id requiritur necessitate Sacramenti, propter rationem modò dictam, quia debet respondere formæ: Signo te signo Crucis, &c. Adverte autem hoc signum debere fieri Unctione ipsa: quod certè constat ex usu, & continuato ritu Ecclesiæ.

2 G. Hurt. de Confir. diff. 6. Vers. Quarto ad minus.

5. Diximus Quarto. In fronte Confirmandi, id, quod etiam esse ex necessitate valoris Sacramenti, docet ipse usus, confirmantq; Patres, id in Confirmatione semper expolentes; & quidem valde congruenter, ut ostendatur, Fidelis non debere fidem, & Christi Domini Crucem erubescere.

Th. V. Confirmatio direct. diff. 7. facere videtur Lay. lib. 5. Tr. 3. c. 2. n. 5. finem. d. Theolog. Seraph. l. 5. e. Suar. Laym. Reginald. Dian. alique apud Leand. de Confir. Tr. 3. q. 12. quibus ad de Castrop. de Conf. d. un. p. 3. n. 4. f. Henri. Vivald. quos citat. sequitur.

6. Diximus Quinto. Pollice dextro, quod item ex ipso usu, ritusque Ecclesiæ perpetuo constat. Noto nihilominus, id non videri ita de necessitate Sacramenti, ut alia manu, aliove digito ejusmodi Unctio exhiberi non possit, quia, (ut advertit Hurtadus a) non est credibile, Christum Dominum voluisse ex tam modica valore hujus Sacramenti dependere.

7. Sed quid eritne illicitum mortaliter, alia manu, vel alio digito inungere? Respondeo. Ita docet b Zambranus, sed nimis rigidè. Quare probabiliter c alii liberant à mortali, quia non est variatio essentialis, nec in re gravi.

7. Sed quid eritne illicitum mortaliter, alia manu, vel alio digito inungere? Respondeo. Ita docet b Zambranus, sed nimis rigidè. Quare probabiliter c alii liberant à mortali, quia non est variatio essentialis, nec in re gravi.

8. Inquires. Ipsone digito immediate debet Unctio fieri, an potest medio aliquo instrumento v. g. modico Gossipio, vel particula, vel argentea virgula, tempore peccatis, &c.

8. Inquires. Ipsone digito immediate debet Unctio fieri, an potest medio aliquo instrumento v. g. modico Gossipio, vel particula, vel argentea virgula, tempore peccatis, &c.

Respondeo. Quoad licitum usum immediate debet fieri, secus esse mortale, ut notat Theologia Seraphica, d quia hæc res videtur gravior, quam quod modò dictum est de alia manu, vel digito.

Respondeo. Quoad licitum usum immediate debet fieri, secus esse mortale, ut notat Theologia Seraphica, d quia hæc res videtur gravior, quam quod modò dictum est de alia manu, vel digito.

9. Quoad valorem, quid sentiendum? Respondeo. Non pauci e docent, invalidum esse hoc Sacramentum, si mediante instrumento fiat unctio, quia impositione manus à primis Ecclesiæ exordiis semper collatum esse hoc Sacramentum, constat ex Apostolorum usu.

9. Quoad valorem, quid sentiendum? Respondeo. Non pauci e docent, invalidum esse hoc Sacramentum, si mediante instrumento fiat unctio, quia impositione manus à primis Ecclesiæ exordiis semper collatum esse hoc Sacramentum, constat ex Apostolorum usu.

10. Non pauci f verò validum esse contendunt, quia ut habet Hurtadus, g non est credibile, Christum Dominum instituisse, ut essentia tantum Sacramenti dependet ab ejus-

10. Non pauci f verò validum esse contendunt, quia ut habet Hurtadus, g non est credibile, Christum Dominum instituisse, ut essentia tantum Sacramenti dependet ab ejus-

modi immediate. Quare sicuti potest valide conferri Sacramentum Baptismi & Sacramentum-Extremæ-Unctionis medio instrumento, & quidem urgente necessitate, v. g. tempore pestis, etiam licitè, ita in Confirmatione.

Neque obstat prædictus Apostolorum usus, nam qui facit aliquid sua manu tenente instrumentum, satis verè, satisque propriè sua manu, atque adeo suæ manus impositione facere dicitur. Hunc tamen, sic confirmatum, esse iterum sub conditione confirmandum, rectè notat Quintanadvennas ibidem.

§. III.

Forma Confirmationis.

1. EX Concilio h Florentino, & omnibus h Conc. Fl. Theologis hæc est Confirmationis forma.

Signo te signo Crucis, & Confirmo te Christum saluti in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

2. Quæ omnia verba requiruntur ad valorem, ut ex antiquissimo Ecclesiæ ritu constat.

3. Hæc autem formæ. Signo te, & Confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Vel, Signo te signo Crucis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Vel, Confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Hæc inquam, formæ, licet ab aliquibus h sufficientes existimentur, quia k Ap. G. ea verba, quæ omittuntur, videntur involui in iis, quæ pronunciantur: tamen, vel id falsum est, vel certè esse dubium, an sic sufficiant, inficiabitur nemo. Quare, si quando sic fortè collata fuit Confirmatio, omnino erit sub conditione repetenda.

4. Si verò indicativè, vel imperativè, (nam si deprecativè dicatur, certum est invalidam esse collationem,) sic proferat Episcopus, Signetur servus Christi, seu signetur, tu, &c. valide Confirmatio conferetur; intelligitur enim (à me) sicuti supra diximus de illa forma Baptismi Græcorum: Baptizetur servus de Conf. Christi, &c.

5. An licitè? Respondeo. I Leander cum aliis ait, id esse mortaliter illicitè, quia sic fieret contra usum Ecclesiæ; tum Latine, ut certum est, tum Græcè, cui concessum qui-

l. c.

dem

dem fuit simili modo Baptifmum conferre, nunquam verò Confirmationem.

6. Nollem tantis Doctoribus me nullius fcientiæ periculum opponere. Fateor sic peccari ob difceffum ab univerfali Ecclefia confuetudine, fed peccari mortaliter fateri vix poffum, quia, dum certa, & rata conftat, quoad valorem, forma, non admodum gravis ejufmodi mutatio mihi effe videtur. Favet mihi Valentia, & fupra allatus in fimili de Latino, qui utatur in Baptifmo forma Græcæ fup. de eorum.

a Val. à nob. alla- tus fup. de eorum.

Bapt. c. 1. 7. Quoniam verò illa eadem invocatio §. 5. n. 15. Trinitatis eft in Confirmatione explicite b 8. Th. f. adhibenda, quæ adhibetur in Baptifmo, (& pra Henri. quidem fatis congruenter, ad fignificandam fidem, quam in Baptifmo recipimus, Leand. de eandem per Confirmationem effe à nobis Conf. d. 3. propugnandam;) ideo, quoad ejufmodi expreffionem, idem dic, quod fupra diximus in Baptifmo, effe nempe de neceffitate b Sacramenti.

CAPUT II.

De Miniftro Confirmationis.

§. I.

Quis ille fit?

1. Ordinariū Confirmationis Miniftrom effe Epifcopum confecratum, firmatum effe ipfo hujus tractationis initio. Superfunt quaftiunculae quaruor.

2. Prima. Quid de Epifcopo Hæretico, Depofito, vel Degradato? Refpondeo. Licet cum peccato gravi, validè tamen Confirmationem hi conferat, quia per hæc non amittunt Ordinis Characterem.

3. Secunda. Si inveniatur aliquis Epifcopus, qui non acceperit, hoc Sacramentum Confirmationis, validène, ac licitè alios confirmabit? Refpondeo. Validè, non effe dubium, quia carentia Confirmationis Consecrationem Epifcopalem non impedit. At verò illicitè mortaliter, docet Tannerus. c. d. Leand. Verùm d. Leand. cum aliis agnofcit folum culpam venialem: & merito, quia non videtur gravis deordinatio non Confirmationem confirmare.

4. Tertia. Quamvis fupra ftatuimus,

Pontificem non committere fimplici Sacerdoti Chrifti confectioem; potefte faltem idem Pontifex concedere eidem Sacerdoti, ut is miniftret Fidelibus Confirmationem, Chrifti confecto ab Epifcopo? Refpondeo, poffe Sacerdoti, non verò inferioribus Clericis. Conftat id ex ufu Ecclefie; Cum enim inveniamus Summum Pontificem, id aliquando concessiffe, pro certo tenendum effe, eum poffe: Unde colligimus, Chriftum Dominum ita inftituffe. Sanè fic habet Eugeni IV. Legitur aliquando per Apoftolica Sedis difpofitionem ex rationabili, & urgente admodum caufa, fimplicem Sacerdotem Sacramentum Confirmationis adminiftraffe.

5. Nota illud urgente, nam fine iufta caufa, quamvis valida effet concessio, non tamen licita. Hurtadus f. item rectè notat, poffe id à Summo Pontifice concedi Electo, quamvis nondum Consecrato, quia is effe actus iurisdictionis. Rectè item addit q. quod concessioem non expirare morte concessentis, quia effe gratia facta.

6. Epifcopum, vel alium quempiam Summo Pontifice inferiorè hanc facultatem non poffe concedere, certum apud omnes h. effe.

7. Quarta. An hodie fint aliqui Sacerdotes, quibus inveniatur concessa tanta facultas? Refpondeo, effe fub quibusdam conditionibus Regulares pro locis Indiarum: quod vidèri à curiofo poterit apud Quintanadueñas, i.

§. II.

De obligationibus Miniftri Confirmationis, deque folemnitatibus ab ipfo fervandis.

1. **V**T licitè Epifcopus Confirmationis Sacramentum adminiftret, debet Primò verfari in ftatu gratiæ, ut univerfalter alibi dictum effe.

2. Debet Secundò folum fubditis fuis illud conferre, idque in propria Diœcefi. Ex præfumpto tamen confenfu alterius Epifcopi, licitè alienos in fua eadem Diœcefi confirmabit: qui præfumptus confenfus folet evenire, quando aliquis Epifcopus fuum fubditum mittit ordinandum ad alterum Epifcopum; tunc enim tacitam concedit licentiam, ut ab eodem, fi fortè ordinandus non fit Confirmatus, accipiat Confirmationem,

c Eug. IV. in Decr. Fidei in Concil. Floren. f. C. Hurt. de Conf. diff. 13. ver. Ex quo conftat. g. G. Hurr. ibi. V. Fit autem. h. G. Hurr. cum communi de Conf. ib. ver. Ex quo conftat. i. Quinta. de Conf. fingul. 5. & 6.

Tanner. ap. Leand. de Conf. d. 2. q. 6. d. Leand. i. e. cum Gran. & communi- ter.